Gombert, Nicola. Motetta, cum quinque vocibus. Liber secundus. . . . Venezia, Girolamo Scotto. 1550. RISM G2985. Later edition of 1552 with slightly different contents (RISM G2986).

Title:

NICOLAI
GOMBERTI
Motetta, Cum
quinque uo-
cibus.
LIBER SECVNDVS.
[printer's mark]
VENETIIS,
Apud Hieronymum *Scotum*

1550.

Index:

TAVOLA

[column 1]

Aue regina celorum 5
Ad te leuaui oculos 11
Ceciliam cantate, con la ſeconda parte 4
Conceptio tua 9
Confitebimur tibi deus, con la ſeconda parte 10
Cantemus virgini 16
Curſu feſta reddit, con la ſeconda parte 18
Dulce lignum 20
Expurgate vetus fermentum, con la ſeconda parte 1
Hodie nobis celorum Rex, con la ſeconda parte 6
Hodie nata eſt Maria virgo, con la ſeconda parte 13

[column 2]

Inclina domine aurem tuam, con la ſeconda parte 2
Ne reminiſcaris 14
O adorandum ſacramentum, con la ſeconda parte 3

O*rtus concluſus*	*7*
O *felix Anna, con la ſeconda parte*	*15*
O *magnum miſterium, con la ſeconda parte*	*21*
P*atefactе ſunt, con la ſeconda parte*	*8*
P*eto domine, con la ſeconda parte*	*19*
S*urge* P*etre, con la ſeconda parte*	*17*
V*enite ad me omnes*	*12*

FINIS.

Contents:

EX*purgate uetus fermentum ut ſitis noua conſperſio Alleluia, Et enim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus Itaque epulemur in domino Alleluia.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

MO*rtuus eſt enim propter delicta noſtra et reſurrexit propter iuſtificationem noſtram itaque epulemur in domino Alleluia.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

IN*clina domine aurem tuam et exaudi me quoniam inops, et pauper ſum ego auribus percipe orationem meam et intende uoci deprecationis mee quoniam tu domine ſuauis ac mittis et multe ſunt miſericordie omnibus inuocantibus te.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

EX*audi me domine quoniam ad te clamaui tota die Dixi domine ſuſceptor meus es tu refugium meum et portio mea in terra uiuentium.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

O A*dorandum ſacramentum precipuis magnificandum laudibus ac ſinceris retinendum mentibus O memoriale nobiliſsimum intimis commendandum preconijs firmiter animo alligandum diligenterque in cordis utero reſeruandum meditatione ac ſedula celebratione recenſendum.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

QV*od tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Ieſus Chriſtus ſaluator noſter ſumpta cum diſcipulis cena cum paſsionis hora tempus inſtaret in ſue mortis memoriam inſtituit ſummum ac magnificum ſui corporis ſacramentum corpus in cibum et ſanguinem in poculum tribuendo.* SECVNDA PARS GOMBERTH

CE*ciliam cantate pij cantate pudici carmine non modulis carminibus que fauet organa ceciliam reſonent ſtriduleque carmine ſuauia delectans organa dulcis modulamina uocis.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

CO*ncordes igitur uoce liete modos perſtrepat hic lituus cithare calamus dechacordon Cumque foraminibus tibia plectra lira timpana cum cordis, oris cornua flexi cimbala teſtudo barbicha raucha celis ars hominum quicquid reperit illa ſonorum laudare uolumus plangere Ceciliam muſicha ceciliam ſapiens quis neſcit amare cum cecinit ſponſa carmine ſponſa ſuo.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

AV*e Regina celorum Aue domina Angelorum ſalue radix ſancta ex qua mundo lux eſt orta gaude glorioſa ſuper omnes ſpecioſa uale ualde decora Et pro nobis ſemper Chriſtum exora.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

HO*die nobis celorum Rex de Virgine dignatus eſt ut hominem perditum ad celeſtia regna reuocaret gaudet exercitus Angelorum quia ſalus eterna humano generi Apparuit hodie gloria in excelſis Deo Et in terra pax hominibus bone uoluntatis.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

HO*die nobis de celo pax uera deſcendit hodie illuxit nobis dies redemptionis antique felicitatis eterne hodie ad paſtores Angelus ait Annuntio uobis gaudium magnum quia natus eſt hodie Saluator mundi.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

OR*tus concluſus es Dei genitrix fons ſignatus ſurge propera amica mea et ueni.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

PA*tefaĉte ſunt ianue celi Chriſti martyri beato Stephano qui in numero martyrum eius inuentus eſt primus et ideo triumphat in celis coronatus.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

MO*rtem enim quam Saluator noſter dignatis eſt pro omnibus pati hanc ille primus reddidit Saluatori noſtro.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

CO*nceptio tua Dei genitrix uirgo gaudium annunciauit in uniuerſo mundo Ex te enim ortus eſt ſol iuſtitie Chriſtus deus noſter exſoluens malediĉtionem dedit benediĉtionem Et confundens mortem donauit nobis uitam ſempiternam.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

CO*nfitebimur tibi Deus et inuocabimus nomen tuum narrabimus mirabilia tua cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo liquefaĉta eſt terra et omnes qui habitant in ea Ego confirmaui columnas eius dixi iniquis nolite inique agere et delinquentibus exaltare cornu ueſtrum nolite extollere in altum cornu ueſtrum, nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

QV*ia neque ab Oriente neque ab Occidente neque a deſertis montibus quoniam Deus iudex eſt hunc humiliat, et hunc exaltat quia calix in manu domini uini meri plenus mixto et inclinauit ex hoc in hoc uerumtamen fex eius nos eſt exinanita bibent omnes peccatores terre Ego autem annuntiabo in ſeculum cantabo Deo Iacob Et omnia cornua peccatorum confringam et exaltabuntur cornua iuſti.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

AD *te leuaui oculos meos qui habitas in celis Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum Sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri Miſerere noſtri Quia multum repleti ſumus deſpeĉtione quia multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus et deſpeĉtio ſuperbis.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

VE*nite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis, et ego reficiam uos dicit dominus Tollite iugum meum ſuper uos et diſcite a me quia mittis ſum, et humilis corde et inuenietis requiem animabus ueſtris Iugum enim meum ſuaue eſt et onus meum leue.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

HO*die nata eſt uirgo Maria ex progenie Dauid per quam ſalus mundi credentibus apparuit cuius uita inclita lucem dedit ſeculo.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

BE*atißime uirginis Marie natiuitatem deuotißime celebremus per quam ſalus mundi credentibus apparuit Cuius uita inclita lucem dedit ſeculo.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

NE *reminiſcaris domine deliĉta noſtra uel parentum noſtrorum neque uindiĉtam ſumas de peccatis noſtris parce domine parce populo tuo quem redemiſti precioſo ſanguine ne in eternum iraſceris nobis.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

O F*elix Anna ex ſtirpe Dauid progenie regalis radice fulgida O Anna beatißima tu uirginem Mariam produxiſti dulcißimam Ex qua Dei filius procedens floridus mundum aridum florere fecit.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

O A*nna purißima florem gentes pulcherrimum inde procedens roſa ſuauißima fragrans ſuper omnia fragrantia ora, o Anna dulcißima ut tecum gaudeamus in eterna letitia.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

CA*ntemus uirgini canticum nouum uirginique et mater eſt et mater Dei eſt celi ſtupere et terris gratulantur que illam dederint quam ſuper omnes celos exaltatem omnes predicant ora pro nobis beata uirgo Maria.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

SV*rge Petre et induete ueſtimentis tuis Accipe fortitudinem Ad ſaluandas gentes quia ceciderunt cathene de manibus tuis.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

AN*gelus domini aſtitit et lumen refulſit in habitaculo carceris percuſſoque latere Petri excitauit eum dicens ſurge uelociter quia ceciderunt chatene de manibus tuis Alleluia.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

CV*rſu feſta redit (reddit) ſidero dies ex optate diu donacianicis Concordent cithare duĉtilibus tubis iſtud uel pietas monet in berbes iuuenes cum grauibus uiris florentis columne dicite flandrie olim quem patrie carmine nobiles bruge commemorant patrem.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

IL*lum mitra dicens in populum uigil euexit ſtudium raptus in ethera uirtuti poſitis letus honoribus noſtris carminibus preſidium parce compoſitis animis marthe, marthe ferocibus olim quem patrie carmine nobiles bruge commemorat patrem.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

PE*to domine ut de uinculis improperij huius abſoluas me aut certe deſuper terram eripias me.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

NE *reminiſcaris deliĉta mea uel parentum meorum neque uindiĉtam ſumas de peccatis meis quia eruis ſuſtinentes te.* SECVNDA PARS GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

DV*lce lignum dulces clauos dulcis ferrens pondera Salua preſentem cateruam in tuis hodie laudibus congregatum Alleluia.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

O M*agnum miſterium et admirabile ſacramentum ut animalia uiderent dominum natum iacentem in preſepio beata uirgo cuius uiſcera meruerunt portare dominum Chriſtum Alleluia.* GOMBERTH *Cum quinque Vocibus*

DO*mine audiui auditum tuum et timui Conſideraui opera tua et expaui in medio duorum animalium iacentem in preſepio Beata uirgo cuius uiſcera meruerunt portare dominum Chriſtum Alleluia.* SECVNDA PARS *Cum quinque Vocibus*

Part-books:

CANTVS	A^{ij}-E^{ij}	40pp.	No Dedication.	Index.
TENOR	F^{ij}-G^{ij}	40pp.	No Dedication.	Index.
ALTVS	L^{ij}-P^{ij}	40pp.	No Dedication.	Index.
BASSVS	Q^{ij}-V^{ij}	40pp.	No Dedication.	Index.
QVINTVS	X^{ij}-Z^{ij}, AA^{ij}-BB^{ij}	40pp.	No Dedication.	Index.

Remarks:

Oblong format. Some differences in text of individual motets from 1541 edition. Musical incipits available at Printed-Sacred-Music.org. Copy consulted: **D-**Mbs (digital copy). RISM G2985. Earlier edition of 1541 (RISM G2984). Later edition of 1552 (RISM G2986). 1552 edition does not include several of the motets of the 1541 and 1550 editions.

Online source: D-Mbs, Bayerische Staatsbibliothek digitale Sammlungen: 4 Mus.pr. 140#Beibd.4